

IN LIVONIA

Livoniae gentes ad orientalia maris Baltici litora sitae (ubi nunc temporis res publicae Latviensis ac Estoniensis sub servitute durissima gemitant) sero quidem sed Providentia Divina sic iam tunc probante de obumbratione paganis- mi ad lumen veritatis Christianae conversae fuerunt.

Vi praevalente crucis Christi verbo Divino seminato, neque minus vi gladii et peregrinorum, maxime colonizandi novam terram causa e Saxonia, Westphalia, Frisia ac aliis partibus Germaniae maritimae advenarum et ensiferentium fratrum Militiae Christi ca. 1203 hic fundatae. Quibus fratribus miserabili clade 1236 peremptis fratres Ordinis Teutonici succedentes, munus militandi contra gentiles tribus Livoniae suscepérunt, nova plantatio vi- rens Ecclesiae Romanae hic plantata, conflictu quidem hoc cum paganis praestantissimo ineunte saeculo XIII initato, finaliter tantum centennio post peracto.

Regibus ac regulis propriis gladio peremptis et terra sic subjecta, conver- tendae et neoconversae gentes novis dominatoribus terrae originis Germani- cae sive mitra ornatis episcopali sive ense cinctis Ordinis Teutonici sive colo- nistis urbium communitatibus adscriptis, ex eo parere tenebantur.

Nondum requievit terra ac ecclesia nova a bellis, iamiam novum nomen inter nationes occidentales valens Livoniae sive Terrae Mariana, prout ab Innocen- tio III P. M. anno 1215 durante Oecumenico Quarto Lateranensi intitulata acquisivit. Ab eo tempore usque ad quasi sub novatione lutherana exspirantem catholicum vere medium aevum provincia haec transmarina mirabiles in reli- gione christiana progressus fecit, ut non postremam inter provincias Europae eius temporis dignitatem consecuta videretur. Meritorie revera namque eccl- esia Rigensis (annis 1245 respective 1253 archiepiscopali dignitate aucta) sanctum munus evangelizandi ultimis in finibus occidentis christiani mediae- valis assumpsit et perfecit, secundem id, quod perbelle scriptor eius temporis historiarum reliquit: „Sic Roma dictat jura, Riga vero rigat gentes“.

Episcopo resp. Archiepiscopo Rigensi vel in concionatione Verbi Divini supervigilanda, vel in rebus ecclesiasticis administrandis, vel etiam in causis civilibus cuiuscunque generis ad principatum terrae pertinentibus, Capitu- lum Cathedralis metropolitanae eius quod interdum Canonia erat Candidi et Canonici Ordinis Praemonstratensis candidissime a consilio et adiutorio fu-isse haud explicandum.

Non dedecet autem hic brevis explicatio rerum Livonicarum in genere. Li- voniam mediaeavalem revera unionem vel confoederationem inter se, prae- horror, concertantium ardentissime et cruenta et quidem saepius quam con- currentium dominorum terrae, maxime Archiepiscopi et Ordinis Teutonici, sed etiam aliorum episcoporum et civitatum fuisse historia docente appetat.



Hinc partes historicae et maximi valoris in rebus Livonicis Capituli Rigen-sis Archipraesuli suo assistentis et causam Ecclesiae Rigensis illustrissime promoventis. Historiae scriptores comprobant raro Canoniam Praemonstra-tensem natura sua exemptam, et etsi dignitate Capituli Archiepiscopalis or-natam, tam intrepidanter partes Antistitis sui tenuisse quam Capitulum Ri-gense. In silva documentorum mediaevalium res Livonicas vel potius Rigen-ses spectantium, rarissime extat pergamenum sive de ecclesiasticis sive de ci-vilibus agens, quod non esset a membro Capituli in actu praesenti testifica-tum et sigillo Capituli sigillatum.

Proh dolor, scriptoris de rebus Livonicis nullam habemus enarrationem, quae solide et comprehensive de operibus Capituli huius Rigensis candidae aliquando Canoniae Praemonstratensis illustrissime peractis, invocet et per-quirat.

Nec et nos etsi propensi hic munus hoc nobis commendamus: longum es-set historiam centenariam conversionis gentium Livonicarum et laudes Prae-monstratenses in missione terrae enarrare, longissimum esset, si commenta-rium de meritis Capituli Rigensis in administratione rerum ecclesiasticarum Archidiocesis decursu saeculorum suppeditaretur, immo opus esset et histo-riam Livoniae mediaevalis totam hic exponere, si competentiam Capituli Ri-gensis in rebus civilis potestatis examinaremus. Restat futuris diebus ac alia occasione opus hoc perficiendum. Hic et nunc tantum breviter de organisa-tione et particularitatibus Capituli Rigensis mentionem facere et in additione aliquod, in quantum superest, de altero Capitulo Livoniensi quod similiter ad Ordinem pertinuit Praemonstratensem, Capitulo nempe Semigallensis Episcopi de Mezotne memorare juvat.

MEZOTNE¹

Medejohte, Mejohete, Majocti, Majotti.

Quondam residentia regum Semigalliae (germanice: Semgallen) mediae regionis et tribus Lectorum ante conversionem eius, saeculo XIII peractae. In Lettonia.

Documenta nonnulla de annis 1234 et 1237 mentionem de H. respective de Helia praeposito Semigallensi sive de Majocti Ordinis Praemonstratensis faciunt, qui Helias antea (1226 et 1232) magister Capitulo Rigensi O.

¹ Pronuntia modo gallico: Méjotne.

Praem. pertinuisse satis certe est supponendum. Paucissima scimus de Capitulo hoc Semigalliensis Episcopi, de supra laudato praeposito hoc tamen est conjiciendum; quod enim ipse ut membrum Capituli Rigensis et canonicus Praemonstratensis circa annos ut supra Capitulum Semigallense de Mezotne et organisavit et repraesentavit maxime curae missionis incumbendo et verisimiliter de facto Rigae residendo. Scimus Episcopum finitimum regionis Seloniae (1218 creatus) Bernhardum de Lippe (famosus antea miles cruciferens in Oriente et Abbas de Monti Sti. Nicolai in Livonia Ord. Cist.) se ardentissime sed ineffective ad conversionem Semigallorum paganorum adstrinxisse. 1225/26 rex Semigallorum Vestardus introitum et missionem in Semigallia de Mezotne excurrendo uni tantum sacerdoti permisit. Anno post (1226) episcopatus Seloniensis eliminatur et novus episcopatus Semigalliensis sub episcopo Lamberto adhuc Seloniensi creatur. Hoc anno verisimiliter Capitulum Semigalliente et hoc uti canonia Praemonstratensis est fundatum. Neque plus iam de re scimus Semigallorum tribus de paganismo ad fidem veram ca. finem tantum saec. XIII conversa permanenter missionem disturbans certe et canoniam de Mezotne, si enim ibi residere assumpserit, oppugnavit quam maxime.

Literatura: Fontes ordinis nesciunt. Speciatim notanda sunt sequentia Anal. Praem. IV (1928) 69 – GOOVAERTS IV 116, 293 – H. HILDEBRAND, Livonica, vornehmlich aus dem 13. Jahrhundert, im Vatikanischen Archiv., Riga 1875, Urk.-Nr. 21, S. 39/49, vide notas 2 et 3 pag. 49 – KRARUP, Bullarium Danicum, Kobenhavn 1932, Nr. 265 (Gregorius IX, 1234).

RIGA B.M.V.

Regia, Rigen, Regiensis, Rigensis.

Civitas capitalis Livoniae, hodie Lettoniae, et sedes metropolitana pro terra baltica.

Capitulum Ecclesiae Cathedralis in honorem B.M.V. dedicatae 1209–1566 etsi cum intervallis, ut inferius. Canonia erat Ordinis Praemonstratensis. Episcopus primus Livonicae Missionis Meynardus († 1196) Ykescolae dum resideret, iam anno 1186 cum infulas receperisset, ibidem capitulum canonicorum secundum regulam Sti. Augustini instituit et vestem nigram praescripsit. Ipse enim Meynardus quondam canonicus Sti. Augustini Segebergensis in Holsatia fuerat. Successor eius secundus, Albertus (1198–1229) canonicus quondam Bremensis et procreator verus Livoniae mediaevalis, terram ingrediendo sedem et episcopi et capituli anno 1201 in novam civitatem Rigam transtulit. Albertus intimus erat amicus episcopi Raceburgensis Phi-

lippi qui dignus Sti. Norberti filius et frater Praemonstratensis recolitur. Mox advocat fratres ordinis e Westfalia et Saxonia missione Livoniae insudaturos, advenierunt plures eorum e canoniis Cappenberg, Scheda et Gottesgnaden. Cum anno 1209 Philippus, Raceburgensis episcopus Livoniam visitaret, Albertus episcopus de rogatu consilioque illius Joannem canonicum Scheidensem praepositum capituli cathedrali Rigensis instituit. Quam reformationem inchoatam triennio post per aggregationem capituli ad ordinem Praemonstratensem perfecit. Capitulum Rigense tamquam Praemonstratense a Summo Pontifice annis 1227 et 1238 est recognitum. Initio videtur fuisse consideratum tamquam filia Gratiae Dei. id est Gottesgnaden in Saxonia, sed in posterum habebatur ut filia Praemonstrati, et habuit positionem omnino specialem in ordine. Cum e sola hac ecclesia Rigensi consistaret – ecclesia enim Semigalliensis ad breve tantum tempus ordini fuit incorporata –, considerabatur tamquam „nullius circariae“. Gubernium ordinis solebat tres circarias Daniae, Slaviae et Livoniae cumulatim administrare et eas tamquam unam considerare. Praesertim cum canoniis pomeranis (Slavia) Riga intimas videtur habuisse relationes¹. Propter magnam distantiam praepositus Rigensis omni septennio tantum Praemonstratum adire tenebatur. Archiepiscopi de jure a capitulo de gremio erant eligendi, sed de facto generatim ordini videntur fuisse alieni².

Annis labentibus et certamine tremendo per longa saecula subsequentia durante inter Episcopum resp. Archiepiscopum Rigensem et praepotentem Ordinem Teutonicum rivalem eius, Capitulum etiam Rigense, fulcimentum intrepidum Antistitis, a Teutonicis fratribus oppugnatur ut, canonicis sibi subjectis, et totam Ecclesiam Rigensem Ordo sibi subjiceret.

Ne vestis candida canonicorum Praemonstratensium ansam daret ad ad-

¹ Anno 1405 legavit Martinus Isenmenger, canonicus Rigensis, residens in Stralsund, „confratri suo“ vicario Usedomensi et canonico Grobensi missale quoddam ordinis (Hoogeweg, Die Stifter und Klöster Pommerns, II 333).

² Duo ex antiquis catalogis habent notitias haud parvi momenti de ecclesia Rigensi, quae res supra allatas eludant. In Ninivensi secundo enim legimus: „in liuonia. Terra quae nuper est conversa ad fidem, terra ultra Poloniam sita, sedes cathedralis, modo metropolis, decem sibi subiectas ecclesias habens cathedrales, et est ecclesia filia premonstrati anno gracie mcccii, recepimus super hoc litteras alberti episcopi liuoniensis: Riga“. – In Hilgenthalensi simul et in Windbergensi inveniunter sequentia: „In Lyuonia. Riga Premonstr. Notandum quod ista ecclesia est metropolitana, nam conuentus elit archiepiscopum, et ibi est prepositus, qui habet regimen canonicorum illius ecclesie. Et ille prepositus debet venire ad capitulum de septennio ad septennium, nisi de nouo fuerit procreatus, nec est ecclesia illa alicuius circarie propter ipsius remotionem item archiepiscopus habet decem suffraganeos ecclesie litaniarum subiectos.“ – Bene apparet, ecclesiam Rigensem, tamquam unicam metropolitanam ordini incorporatam, illi tunc temporis haud parvam fuisse in gloriam.

mittendam similitudinem et consuetudinem spiritus fratrum et sacerdotum ordinis Teutonici, et ad incorporationem Capituli in illum aut vi aut dolo perpetrandam, Sigfridus Archiepiscopus anno 1373 regulam et vestem nigram canonicorum Sti. Augustini in capitulo reinduxit. Non vero per longum tempus. Anno nempe 1394 Ordo Teutonicus in climace potentiae capitulum Rigensi vi sibi subjecit. Redintegrationem normae et habitus Praemonstratensis in posterum authenticē probari nequit. Anno 1566 capitulum, lutheranismo supercrescente, suppressum est. Ecclesia cathedralis, annis 1211/16 constructa, simul cum claustro subsistit, sed tamquam ecclesia lutherana.

Archivalia: Archivum Historicum Civitatis Rigensis, Sectio Secretior Senatus Civitatis Rigensis tum Interior, tum Exterior. – Archivum Rei Publicae Latviensis Riga, Sectio Nobilitatis Livonicae et Theca copiarum de Archivo Vaticano. – Archivum et Bibliotheca documentorum Volksdeutsche Mittelstelle quondam in Posnania.

Fontes: Liv-, est- und kurländisches Urkundenbuch, hrsg. von F. G. v. BUNGE, erweitert von L. ARBUSOW sen. et jun., Riga 1853 et seqq.; liv-, est- und kurländische Urkunden-Regesten bis zum Jahre 1300, hrsg. von F. G. v. BUNGE, Leipzig 1881.

Codex diplomaticus Regni Poloniae et Magni Ducatus Lithuaniae, Tomus V, hrsg. von M. DOGIEL, Wilna 1759.

Vetera monumenta Poloniae et Lithuaniae gentium . . . historiam illustrantia, hrsg. von A. THEINER, Romae 1860.

Fontes Historiae Lettiae Medii Aevi ed. A. SVABE Riga 1937 et 1940 (Fasc. I et II Voluminis II: Anni usque ad 1256).

Livländische Güterurkunden I-II hrsg. von H. v. BRUININGK u. N. BUSCH, Riga 1908.

Brieflade, Est- und Livländische, III: Chronologie der Ordensmeister über Livland, der Erzbischöfe von Riga u. der Bischöfe von Leal, Oesel-Wiek, Reval u. Dorpat, hrsg. von R. v. TOLL u. Ph. SCHWARTZ, Riga 1879.

De Chronicis res Livonicas medii aevi spectantibus et inevitabiliter de Capitulo Rigensi agentibus hic mentio fit nonnullarum tantum: HEINRICI de LETTIS Chronicon Livoniae ed W. ARNDT in MGH, SS. Tomus XXIII, Hannoverae 1874; in usum scholarum ex M.G.H. recudi fecit G. H. PERTZ, Hannoverae 1874. Livländische Reimchronik, hrsg. von Leo MEYER, Paderborn 1876.

HERMANNI de WARTBERGE Chronicon Livoniae, hrsg. von E. STREHLKE in Script. Rer. Pruss. II, Leipzig 1863.

Literatura: HUGO II 673 – WAEFELGHEM 209 – ZAK in Anal. Praem. V (1929) 247 – A. M. AMMANN S. J., Kirchenpolitische Wandlungen im Ostbaltikum, Rom 1936 – L. ARBUSOW, Livlands Geistlichkeit (mit 2 Erweiterungen), Sonderabdruck aus dem Genealog. Jahrbuch für Liv-, Est- und Kurland, Riga 1909 et seqq. – IDEM, Die Einführung der Reformation in Liv-, Est- und Kurland, Leipzig 1921. – IDEM, Römischer Arbeitsbericht I-II (Acta Universitatis Latviensis XVII u. XX), Riga 1928–29; III–IV (ibidem, Seria Facultatis Philolog. I, 3 u. II, 4), Riga 1929–33. – E. BONNEL, Russisch-livländische Chronographie, St. Petersburg 1862. – H. BRUININGK, Messe und kanonisches Stundengebet nach dem Brauche der Rigaschen Kirche im späteren Mittelalter (Mitteilungen aus der livl. Geschichte, hrsg. von der Ges. für Gesch.- und Al-

tertumskunde zu Riga, Bd. XIX), Riga 1903. – IDEM, Die Geburtsstandsverhältnisse in den livl. Domkapiteln (Sitzungsberichte der Ges. f. Gesch.- u. Altertumskunde zu Riga a.d.J. 1908), Riga 1909. – A. v. BULMERINCQ, Die Besiedlung der Mark der Stadt Riga 1201–1600 (Livl. Mitteilungen Bd. XXI), Riga 1921. – F. G. v. BUNGE, Livland, die Wiege der deutschen Weihbischöfe (Baltische Geschichtsstudien I), Leipzig 1875. – F. G. v. BUNGE, Der Orden der Schwertbrüder (Balt. Geschichtsstud. II), Leipzig 1875. – IDEM, Die Stadt Riga im 13. u. 14. Jahrhundert, Leipzig 1878. – G. A. DONNER, Kardinal Wilhelm von Sabina, Bf. v. Modena, Päpstl. Legat in den nordischen Ländern († 1251), Helsingfors 1929. – W. v. GUTZELT, Das Stadtgebiet Rigas (Livl. Mitteilungen Bd. XI), Riga 1865. – Th. KALLMEYER, Geschichte der Habitsveränderungen des Rigaschen Domcapitels (Livl. Mitteilungen Bd. XII), Riga 1880. – C. METTIG, Zur Verfassungsgeschichte des Rigaschen Domcapitels (Livl. Mitteilungen, Bd. XII), Riga 1880. – IDEM, Bemerkungen zur Geschichte des Rigaschen Domcapitels (Sitzungsberichte a.d.J. 1912), Riga 1913. – W. NEUHAUS (vide supra apud Scheda p. 190) p. 103. – W. NEUMANN, Das mittelalterliche Riga, Berlin 1892. – IDEM, Der Dom zu St. Marien in Riga, Riga 1912. – G. RATHLEF, Das Verhältnis des livl. Ordens zu den Landesbischöfen und zur Stadt Riga, Dorpat 1875. – O. v. RUTENBERG, Geschichte der Ostseeprovinzen, Leipzig 1859–60. – Th. SCHIEMANN, Rußland, Polen u. Livland, II (Onckens Allgem. Gesch. in Einzeldarstellungen), Berlin 1887. – A. SPEKKE, Historia Lettoniae. Italice Romae, Lettice Holmiae 1948, anglice praeparatur ad prelum item Holmiae. – J. STRAUBERGS, Historiae urbis Rigensis (lettice) Riga 1938. – A. SVABE, Lettische Kulturgeschichte II, (Lettice) Riga 1922. – IDEM, Die Geschichte des Pagasts (De decimis), (Lettice) Riga 1925. – F. WINTER, Über den Anteil des Magdeburger Landes an der Eroberung und Germanisierung Livlands, in: GBMMagd (cf. Saxoniam) II 1867 34/48.

